



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

XXVIII. Quod hae constitutiones infra duos menses publicentur, & deinde post quadraginta dies obligent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

60 SIXTVS P. IV. CONCILIVM FRIDERICVS III. IMP.
HENRICVS IV. R. CASTELLÆ.

bus parochiales ecclesias & dignitates quascumque,
etiam maiores post pontificales.

ANNO
CHRISTI
1473.

XXVII.

Concedimus vniuersis episcopis nostræ prouinciæ, sacro approbante Concilio, vt a sententiis & censuris in præsentibus nostris constitutionibus latiſ & promulgatis singuli eorum in suis diœcesiſ bus, satisfactione debita præcedenti, possint & valeant innodatos absoluere; idque nos in nostra diœceſi modo prædicto facere valeamus.

XXVIII.

Rursus coepiscopis nostris in virtute obedientiæ districte iubemus, vt infra duos menses a die haurum nostrarum constitutionum præsentis publicationis immediate numerandos, ipsas teneantur in suis diœcesiſ bus in Synodis, si eas celebrauerint, alias in ecclesiis cathedralibus publicari facere. Et nihil minus in capitibus archipresbyteratus vocatis rectoribus, verum post quadraginta dies a die huiusmodi publicationis immediate computandos, volumus & decernimus, sacro approbante Concilio, vt haec nostræ constitutiones ligent, & ad sui veram obseruantiam omnes & singulos, prout in eiusdem continetur, arctent & obligent.

XXIX.

Sancitum nouimus sanctorum patrum institutis, in prouinciali Concilio per singulas metropoliſ tani & suffraganeorum diœceses synodales testes fore deputandos, qui diligenter inquirant quæ corrigenda & reformanda viderint, per eos in sequenti Concilio nuntianda. Nos vero statuta eadem sa-